

Bisclāveret fābula Francogallica

In Armoricā, rēgiōne in Francogalliā, habitat quīdam nōbilis, quī pulchram uxōrem habet. Nōbilis est bonus et amātus ab hominibus et ā rēge. Trēs diēs quot septimānīs, tamen, nōbilis abest. Uxor est sōla et misera et metuit nē marītus nōn redeat.

Quōdam diē, postquam nōbilis domum redit, uxor inquit, “Marīte, aliquid quaerere volō, sed metuō nē irātus fiās.”

Nōbilis respondet, “Aliquid, amāta, quaere. Tē amō.”

Uxor inquit, “Quō īs quot septimānīs?”

Nōbilis respondēre nōn vult, sed uxor identidem petit. Tandem nōbilis cēdit.

“Bisclāveret sum,” nōbilis inquit. In Armoricā, “bisclāveret” est verbum quod significat versipellis. “Quot septimānīs,” nōbilis continuat, “lupum fiō. In silvam mē mittō et illīc trēs diēs habitō.”

Uxor rīdet, putāns marītum iōcāre. “Dēnūdātus es an vestimenta geris?”

Marītus respondet, “Nūdus sum et vestimenta mea celō, nam sī vestimenta nōn habeō, lupus manēbō.”

“Et ubi,” uxor inquit, “vestimenta celās?”

“Prope silvam est capella,” Marītus inquit, “Post arbusculam est lapis quem moveō et hīc vestimenta pōnō.”

Posterā septimānā, ubi nōbilis discēdit, uxor eum sequitur. Marītus quīdem ad silvam it, vestimenta exuit et celat, et in lupum transformat. Uxor perterrita domum lacrimāns currit.

Dum marītus abest, mīles ad aulam ēius venit. Uxor solet dimittere mīlītēs dum marītus abest, sed iam uxor est perterrita et mīles est fortis et pulcherrimus. Uxor mīlītī tōtam rem narrat. Mīles ad capellam it et vestimenta nōbilis capit.

Nōbilis nōn redit et omnēs putant eum mortuum esse. Mīles uxōrem nōbilis in mātrimōnium dūcit. Ūnus annus labitur.

Quōdam diē, rēx in silvā vēnātur. Rēx et virī magnum lupum videt. Rēx Bisclāveretem nōn agnōscit et virī lupum interficere parant. Subitō tamen lupus ad rēgem currit et genūflectit et pedēs rēgis lambit.

Rēx est attonitus et ad aulam suam lupum dūcit. Multōs mēnsēs Bisclāveret cum rēge manet et quot noctibus cum eō dormit et numquam eum discēdit.

Iam rēx festum habet et omnēs nōbilēs invitāt. Mīles quī dūxit uxōrem Bisclāveretis ad festum venit. Ubi Bisclāveret mīlitem videt, subitō eum petit et mordet.

Rēx baculō ā mīlite lupum cogit, sed identidem lupus mīlitem mordēre temptat.

Rēx est attonitus quod lupus numquam sic ēgit. Rēx omnēs hospitēs dimittit. Mox, rēx vēnātur cum lupō in silvā prope capellam. Vesperī, rēx et lupus ad urbē vīcīnā eunt et pernoctāre parant.

Uxor rēgem prope eam manēre audit et eī donum ferre vult. Statim postquam uxor intrat, tamen, Bisclāveret ferōciter eam petit et nāsū eī vultū eīus ēvellit. Rēx uxōrem interrogat et uxor tōtam rem narrat.

Rēx postulat vestimenta et uxor ea fert. Vestimentis in terrā positīs, lupus nihil agit. Itaque rēx in cubiculum vestimenta movet et lupum ducit. Iam iānuam claudit. Mox rēx cubiculum intrat et nōbilem hūmānum videt. Rēx ad eum currit et eum identidem bāsiat. Rēx et Bisclāveret vitās in pace fīniunt.

Uxor tamen ē rēgnō expulsa est et mīles cum eā it. Multōs liberōs prōdūcunt et omnēs liberī sunt natī sine nasīs! Et familia vitās dēnāsātī fīnit.